Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aquae; Ille uero qui secdm carnē natus ē de utre aquā
bibit. & aquae ipsa defecit ei. & in multis defecit.
Vter legis est litterae. de qua ille carnalis populus bi
bit. Et inde intellectū capit; quae litterae frequent
ei defecit. & explicare se non potest. In multis enim
defectū patitur historialis intelligentiae; Ecclesia
autem de euangelicis & apostolicis fontib; bibit.
quinumquā deficiunt. sed in plateis suis pcurrunt.
Quia in latitudine spiritalis intpretationis abundat sep
& effluit; bibit & de puteis. cū pfundione quaeq; haurit.
& scrutatur ex lege; Pro hoc arbitror mysterio & iā
dns & saluator nostr. ad samaritanā ubi uelut
si cum ipsa agar loqueretur. aiebat; Omnis qui bibe
rit ex hac aqua. iterū sitiet; Qui aū biberit de aqua
quam ego do ei. non sitiet in aeternū; At illa dic
ad saluatorem; Da mihi dne hanc aquā. ut n sitiā.
neq; ueniam huc aurire. Post haec dns ad eam. Qui
credit inquit in me. fiet in eo fons aquae salientis
in uitam aeternam; Errabat ergo agar pdeser
tum cum puero. & puer plorabat. & proiecit eum
agar dicens; Ne uideam mortem filii mei. Post
haec cum iam quasi moriturus fuisset abiectus.
& fleuisset. ad est ei angelus dni. & aperuit
oculos agar. & uidit puteum aquae uiuae;